



8 מִי־שֶׁלַח פָּרָא חֲמִשִּׁי וּמִמֶּרְחָה  
 עֵרֹד מִי פָתַח :

9 אֲשֶׁר־שָׂמְתִי עֲרֵבָה בֵּיתוֹ וּמִשְׁכְּנֹתָיו  
 מִלְחָה :

10 יִשְׁחַק

8 Quis dimisit Onagrum liberum?  
 & vincula Afini sylvestris quis solvit.

9 Cui posui solitudinem Domum;  
 & habitacula ejus falsuginosam.

10 Ri-

*Reim.* Apud Arabes <sup>Ⲅ</sup> <sup>Ⲅ</sup> est *Triticum* a puritate; & <sup>Ⲅ</sup> <sup>Ⲅ</sup> *Ager*, *campus purus*, & *patens*. Est notio, ut apparet, *Hebrais* jure postliminii restituenda, ac proinde non est cur nomine peregrinitatis postponatur. Quod ex <sup>Ⲅ</sup> <sup>Ⲅ</sup> *pietas* tentabam olim, minus nunc ridet. *Boch.* sic distinguere mallet, si per *Masoretbas* liceret: *valens* *cusuli eorum*, *crescunt*, *foras exeunt*, *neque ad ipsas revertuntur*. Ei <sup>Ⲅ</sup> <sup>Ⲅ</sup> est *foras*, idque, *extra lustra*, aut *spe-laea*, in quibus *mater* eos pepererat, aut *lactaverat*. Mihi *Masoretbica* interpunctio tutior non solum, sed & plenior; ut sit, *Adolescunt foras*, *per agros discursantes*; & *victum sibi suam querisantes*. Hactenus quidem ductu, auspicioque, *Matris*: sed mox, ea *deserta*, *longius evagantur*; & ita *exennt*, *ut non redeant sibi*. <sup>Ⲅ</sup> <sup>Ⲅ</sup> elegantius ad *Hinnulos* refertur, quam ad *Matres*. Designatur *fiducia* qua *sibi* jam satis placent, *suique juris esse* volunt.

*Vers.* 8. In genere quidem de *Feris* nonnulli vocabula פָּרָא & עֵרֹד interpretati; sed potior sententia eorum qui *Onagrum* denotari statuunt. Prius *Arabibus* tritum pro *Lalifione* potissimum. *Camus* <sup>Ⲅ</sup> <sup>Ⲅ</sup> *Asinus sylvestris* dicitur פָּרָא, vel <sup>Ⲅ</sup> <sup>Ⲅ</sup> *pallus ejus*. Non ergo supervacuum alterum עֵרֹד *Arod*, nec cum *Ill. Gros.* colligendum, esse aliud animal, non multum tamen differens. Hoc *Codure.* in *Alce* quaesivit. *Boch.* qui *Onagrum* retinet, *Hier.* I. p. 869. a *Ruditu*

confictum putat, per *Onomatopaiam*. Non sperno: sed nec abhorret a <sup>Ⲅ</sup> <sup>Ⲅ</sup> *fugit*, proprie *micuit*, *emisit*, *celeriter profluit*, nomen impositum. Prius פָּרָא a *currendo* item ductum, observante *Viro Magno*, p. 808. *ibid.* ex *Syriaco* פָּרִי. Addere fuisset *Arabum* <sup>Ⲅ</sup> <sup>Ⲅ</sup> *secuit*, *fidit*, & *secundario trajecit*, *celerrime pervasit*, *transcurrit*. Scias quoque; *Hebraum* פָּרָה *fructum tulit*, & פָּרִי *fructum*, a *findendo* descendere. Est animal unum omnium *libertatis amantissimum*, & *profsus intracitabile*. Lectissimis formulis hic expressus ille *Libertatis nullas leges patientis*, aut *subenn-tis unquam*, *amor*. Huc pertinent & ea, quæ ad *Cap.* 11: 10. prolata. *Plura dabit* <sup>Ⲅ</sup> <sup>Ⲅ</sup> *in Hieroz.* I. 871. *Natura domari nescia* qui locum hic promeruit, ut rogaretur *Noter*, *num ipse tam mirabilem indolem isti animali indidisset?* Ex mente *Merceri* huc *Quæstio* redit; *Non esse quod homo inquirat consilia Dei*, *cur hoc aut illud ita fecerit*; aut *cur alios hominum leniores* & *mansuetiores*; *alios feros*, *indomitos*, & *trasculentis esse patiatur* &c. *Hos suavius tractet*, *illos adfigat*. Hæc omnia pendere ex *Ejus voluntate*, & *inexhausta providentia*, *cujus ratio magna ex parte frustra ab homine inquiratur*. Ad *Allegoriam* hæc vergunt nonnihil. Qui hoc genere delectatur, reperiet in *Philipp. Gloss. Ordin. Lyran.* aliisque, quo se exsatiat. *Nostra ratio sic habet*, *Tu qui Deo temet aquas*, *cum eoque contendere sustines*, an vel *Libertatem unius animalis minuire posses*, *idque tibi obnoxium reddere?* Plenius infra reddetur.

*Vers.* 9. Pressius insistitur in *ferisatem mansueseri nesciam*. Nempe *Deus ipse posuit solitudinem domum ejus*: i. e. hanc ei *indolem inseruit*, *ut non alium patiatur Larem*, quam *sola*, & a *confortiis hominum remota*, *loc.*  
 Hinc

10 Ridet ad tumultum urbis; clamores exactoris non audit. 10 ישחק לתמן קריח תשואות נגש לא ישמע :

11 Circumlustratio montium ei pascuum est: & omne viride sectatur. 11 יתור הרים מרעהו ואחר כל- ירוק ידרוש :

12 Voletne Bos sylvestris servire tibi? num pernoctabit super area tua? 12 היאכרה רים עכרך אמ-יילין על-אכוסך :

13 Num התקשר 13

Hinc titulus ille פרא בודד לו Hof. 8: 9. *Onager solitarius sibi*; de quo Boeb. H. 1: 870. Eadem granditas, & venustas, Figuræ, in Tentoria, Habitacula, quæ in falsuginosis & vastissimis desertorum ei Divinitus præfixa.

Vers. 10. Non una via explicationis patet. Merc. I. *Esi magna hominum turba adversum se conveniat, non timet.* Id secutus fui in *Juvenil.* ad *venationem* omnia referens. Nempe non nisi ex *insidiis* capi potest, & omnem aliam *venationem* eludit, *Onager.*

بشاو له ضريم الحريق  
ان شقة البسق في عرض  
خال  
يمر كجندلة المنجنبيق  
يرمي بها السور يوم  
القتال

*Effuso cursu, cui ardor incendii flagrans, Aus fissio fulminis per latitudinem nubis.*

*Transitque, ut lapis e catapultæ, Quo quatitur murus, die oppugnationis.*

Sic Poëta vetus in *Diw. Hnd.* Plura excerpere non vacat. Addit *Merc. II.* *Vel, Ei volupe est, in desertis agere, nec frequentia Civitatum movetur, ut illic esse velit, ut pleraque animantia cum hominibus versari consuevere.* Cl. Schmid. III. *se malle ait, Onager ridet a lia animantia, qua in strepitum urbis vivere con-*


*sueverunt, & eundem patienter ferunt, quam tamen sit mera servitus.* Non video magnum discrimen. Boeb. H. 1: 877. simile habet; inferens hinc, *Onagram servitutis immannem vivere, & a nullo operis exactore increpari &c.* Huc plurimus tendit calculus; cui acquiesco; quod plenius quid adferat, quam *num. I.* quodque נגש *ἔργον* sonet certissime, verbo, & verberare, *urgentem.*

Vers. 11. Aliquid scrupuli objicit vox solivaga יתור. Veteres fere a *Rad. תור* *lustravit in fut. Kal* accepere: ut LXX. *ὑπεσπύλλω* &c. & *Fulg.* *Circumspiciet montes pascua sue.* Similiter *Chald.* aliique. At *Merc.* nomen esse, non verbum, colligit ex *Fod Sebevato*, quod alias יתור scribendum fuisset.

*Fod* tamen ei servile, ut יתור, a תור, sit *investigatio, exploratio montium*, h. e. *id quod per montes hac illac perquiritur.* Germanom in יתור *substantia*, a קום. Ad radicem יתור respexit Cl. Cler. *Abundantiam montium reddens.* Idem *Codurco* in mentem venerat, qui *superfluum maluit, Herba que non secatur, sed neglecta per montes disperit.* Mihi medium videtur elegantius: nec durum, stylo altiore, *Circumlustratio montium*, pro *Herba lustrando undique conquisita.* Quum tamen מרעהו *pascuum* potius adferat, quam *pabulum*, grandius concipere licet, *Circumlustratio montium pascuum ejus.* Animal vagabundum quicquid est *montium oberrare amat, atque hoc longe, lateque, diffusum pascuum a me accepit.* תור in *Origine* est *circuire, circumlustrare.* Sequentia hunc adspectum firmant.

Vers. 12.

*Vers. 12.* Magna est, & manebit forte, quæstio, quodnam Animal vocabulo **QNR** designetur. Ejus indomita vis, & præsertim cornu formidolosissimum, ansam plurimis præbuit I. cogitandi cum LXX. de *Monocerosæ*, apud veteres nobilitato, asperrima fera cui *nigrum cornu dunt cubitorum e fronte protendi* referunt *Plin. Solin. &c.* eam capi non posse addentes. Nempe capi non potuit, quæ nuspian inventa, fera fabulosa, ea saltem, quam Antiquitas *Monocerotis* nomine post *Ctesiam* fabulatore concelibrat: nam *unicornia*, *monoceros*, alias dari animalia, dubium non est. Hæc in *Hieroz. 1: 930. & seq.* copiose discussa. Videndus & *de Pined.* qui II. eam *Hieron.* tenet *Rhinocerosæ*. Hunc amplexi etiam *Stench. Pagn. Forer. Marian.* aliique. Renitur *Boch. H. 1: 958.* his ductus argumentis. 1. Quod *Judæis & Arabibus* hoc animal ignotum fuerit. Nempe & *Aristoteles* illud ignoravit: primusque ejus notitiam dedit *Agatharchides* sub *Ptolomæo sexto*; post quem *Artemid. Diod. Sicul. Strab. Ælian. Oppian. Pausan.* pluribus. 2. Quod *Rhinocerotis* cornu sit depressissimum, tam ratione sitis, quam molis; quum **QNR** Cornu excelsum addatur, *Pf. 92: 11. Boos. Animadv. Sacr. L. 3: 1.* observat 3. *Rhinocerosæ*, utut difficulter dometur, domigram tamen baud in totum respere. Id levius judicat quidem *Boch.* non tamen omne momentum ei detraxerim. Nec omittendum 4. non Cornu tantum, sed & **QNR** Cornua tribui **QNR** *Deut. 33: 17.* quamvis *Merc.* alii que per *Enallagen numeri* difficultatem expediendi posse putent. *Do&. Boos. A. S. L. 3: 1: 8.* observat III. loca pleraque vocare ad *Belluam bubulo generi adfinem*, quod *Reëmi*, & *Boves*, ut animalia cognata ferme veniant. *Deut. 33: 17. Pf. 29: 6. Esaj. 34: 6. 7. quin & Pf. 22: 13. 23.* Hinc colligit satis speciose, esse *Bovem ferum*; & quidem illam speciem, quæ *cornuum magnitudine & robore distincta.* Removet itaque *Benafum*, quibus *QNR* *QNR* *QNR* ut *Aristos.* monet, quod ea gerat incurva; *versus se invicem inflexa, & defensionis parum utilia.* Removet & *Bisonem*, quod *ferocissimæ* quidem, & *cornibus altis, ac robustis, insignis, cicuretur tamen, & feritatem evas;* quum *Reëmum* nunquam *monstruosæ* infinnetur in contextu nostro; ubi

recte submonet oppositionem institui inter *Bovem domesticum, hominis in Agricultura socium laboriosissimum;* & inter huncce *sylvestrem, ac ferum, qui cervicem jugo subdere neget.* Concludit proinde ad *Uros*, quibus *indomitam plane feritatem* tribuit *Cæsar;* quibusque *Taurina cornua in tantum modum protendantur, ut ob insignem capacitatem inter Regias mensas potuum gerula fiant, &c.* ut *Solin.* loquitur; ex *Plin.* qui *Barbaros septentrionales Urorum cornibus potare, urnasque binas unius capitis cornua implere* scripsit *L. 11: 37.* Ab hac sententia discedens *Boch. IV.* ut *Orygibus* locum faceret, has *Boosio* opposuit rationes. 1. Quod recentior sit *notitia Urorum;* quos, in *Hercynia sylvæ intimis saltibus conditos, ante Cæsarem nemo ne fama quidem acceperit.* 2. Quod solus *Septentrio* eisdem alat: alios enim esse *feros boves quos India, ut & Troglodytica regio, ære narretur.* 3. *Bisonem* non minus *indomitos, quam Uros.* 4. Quod *Arabum, Chaldaorum, & Veterum Hebræorum, communi suffragio QNR vel QNR in Capreorum consuet.* *Arabibus* videlicet  *med. Eliph,* five *Hamzata, est caprea sincera albedinis.* Item *Syram & Chaldaum QNR vel QNR* respondet **QNR** in *Lege,* quod est *genus capreae.* Ex *Talmudicis* porro eadem notione confirmata, *nequid tamen rem consuetam fatetur,* quod in *Capreorum* genus haud quadrent, quæ *Scriptura de Reëmo* tradit: quum *Capreae* sint *imbelles, imbecilles, ab aratro æque immunes, ac caprae domesticæ, & cornibus non adeo conspicua, vel robusta, ut in proverbium mitti potuerint.* *Falsus ergo aquam sibi habere, & conjecturis agendum, ubi certa probationes desint;* ad *Orygem* se convertit, quem *severum* appellavit *Martial. L. 13: 95.* quemque *Oppian. Cyneg. 2: 445.* describat, ut *feris ipsis formidolosum, ob cornua alta, nigra, orni ferro, ere, saxo, duriora, quo Apres, Tauros, Leones subsistere, & excipere, audeat.* Vide *Hieroz. 1. 968. & seq.* Hæc, utut speciosa, assensum non impetrant. Nam 1. ipse *Vir Magn. sibi objicit, Orygem esse animal peregrinum, æque ac Rhinocerosæ, & Uram.* Gravius 2, quod ipse quoque attingit, **QNR** esse *animal bovi congener.* *Eo argumento Boosium pro Uro nixum vidimus, Ref. Bb bb bb b*

pondet à mivo, Cervinum genus aliquid commu-  
ne habere cum natura bovis Sylvestris; atque  
propterea Arabes nomen البقر

الوحشي Bovis feri etiam Cervis im-  
posuisse. Hoc est vitare idem, non fran-  
gere. Non satisfit certe 3. nostro textui,  
cujus tota series postulat animal Bovi aratori  
non nomine, sed corpore, & universa specie, si-  
millimum. Mitto reliqua. Coactum quo-  
que, & dilutum 4. quod Num. 23: 22. & 24:

8. exhibet, ad תועפות ראם Vires, vel  
elationes, Reem sunt ipsi; q. d. Tam eminebit  
hic populus inter reliquos populos, quam eminent  
Reem inter reliqua Caprearum genera. 5. Non  
constat adhuc, idemne sit Oryx ille indomitus  
Oppiani, cum Oryge minore, quem Plin. Co-  
lum. aliique indicant. Saltem 6. مريم

Dorca candida, لادي ظبي, si jam  
ad Orygem latius se diffundere detur, de quo  
non liquet haecenus, non adfert illud capitis,  
corporisque proceri, robur, quod ubique ex  
ראם elucet. An ergo cum Ill. Ludolf. in

Comp. ad Hist. Aethiop. p. 155. ad Rhinocero-  
trem, quem Bovem Aethiopicum appellat  
Pausan. revertemur? Haud tutum; nec dige-  
ro. Dent. 33: 17. Cornua Rhinocerotis cornua  
ejus, resolvi per Periphrasin subst. pro adj. &  
in Rhinocerotina. Sic gratia Emblematis of-  
fuscat, & a simplicitate naturae disceditur.  
Appellatio Bovis Aethiopici saepe justa, ac  
Bovis Lucae, vel Lucani, Elephanto iudita  
a Romanis, quum Pyrrhus eas belluas cum  
Bello in Italiam transportasset. Haec obstant  
iis quoque, qui Mowoceroti hoc accommoda-  
re coacti, Euallagen numeri adscisciebant.  
Magni item scrupuli impediunt, quo minus  
ad Bontii sententiam accedamus. Id tamen  
in illa laudo, quod Bovini generis Animal  
tenendum urgeat. Urum Septentrioni suo re-  
linquo; & in Reem illos potius V. Boves fe-  
ros agnosco, quos Syria, & Arabia deserta  
nutriunt. Hos vel Bisontes nominare possis,  
vel Babalos, latiore illo usu, in quem id vo-  
cabuli nunc immissum. Apud Arabes crebra  
mentio البقر الوحشي

Bovis feri; qui الشوحر الوحشي &

Taurus feras; & absolute الوحشي  
Ferus, per Excellentiam: alias نمش,  
quod albis nigrisque maculis sit distinctus fere.

Famelle nomen generale البقر  
بقرة vel الوحشية

Bos fera. A nitidissimo candore  
العجوة, & الموهابة,

nam utraque Radix adfert, nituit pre candore.  
Alias appellationes non exequor. Tantum  
monebo elegantem Bubali Africani, & Syri,  
descriptionem dedisse Bellonium Obs. 2. 50.  
quam Boeb. Hieroz. 1. 283. adtulit, cum

vocabulo البقرى Bos sylvestris &  
مرايم vacca sylvestris, unde مراديم

ibidem illustratur. Cum hac contendas ve-  
lim eam Juvenulam Sylvestrem, quam in  
Aegypto a se spectatam narrat Prosp. Aloin.  
L. 4. Cap. 9. Rerum Aegypt. ubi hoc genus  
facile cicurari adjecit. Contrariam obtinet in  
Arabibus Bubalis, quibus indomitam feritatem  
attribuunt Poëtae gentis, tam multi in eorum  
venatione describenda, & imaginibus ab eo-  
rundem forma, decore, robore, cursu rapidissi-  
mo, frontis honore, cornuum terrore, transfe-  
rendis, ut frequens & nobile esse genus in  
Arabia, evidentissime appareat; quum de co-  
loquantur, ut desertorum, montiumque, suorum  
nemini ignoto incola. Egregiam talis Bovis  
descriptionem dat Ommia Abi Ajides in Diw.  
Hud. ubi inter alia extat.

هجان السراة تري لولة  
كقبطية الصون بعد  
الصقال  
حديد الثناتين جبل الشوي  
لهاق تسلالوة  
كالهلال

Albus medium dorsum, cernis roborem  
ejus  
Ad instar Sindonis bene custodita post po-  
lituram.

Acta

*Acutus geminam hastam, torosus membris;*  
*Candicans, oculo Lunæ instar micante.*

Submonet Schol. Tauri illius *Cornea* hic appellari *Hastas*: unde promptum de eorundem proceritate & robore iudicium. In eadem *Anzolog.* *Hudeil.* est carmen *Moleicbi*, cujus hoc initium. *O Maija, si desideras prolem tibi raptam; at Tempus Raptor est.*

يا مَيِّ ان سباع الارض هالكة  
 والقَفْرُ والعَيْنُ وَالْأَرَامُ  
 والناس

*O Maija! Fera terra pereunt,*  
*Es Dorcades, & Bubali magnis oculis,*  
*& Reemi, & homines.*


Subsumit deinde

يا مَيِّ لَنْ يَعْجِزَ الْاِيَامُ  
 ذُو خَدَمِ  
 بِمَشْخَرٍ بِسَةِ الظُّبْيَانِ  
 وَالْاَسِ  
 فِي رَأْسِ شَاهِقَةِ اَنْبُوبِهَآ  
 خَصْرِ  
 دُونَ السَّمَآءِ لَهَا فِي الْجَوِّ  
 قَرْنِاسِ

*O Maija, non effugit dies fatales albedine*  
*pedum conspicuus Bubalus,*  
*In monte cello ubi Fasminum & mel Syl-*  
*vestre.*  
*In Capite verticis, cujus semita frigi-*  
*da*  
*Proxime cælum, cum Naso per aërem*  
*prominente.*

Notat ibi Scholiastes, *مخدّم* *Mucacarpia* vocari

البهاض المستدير في قوايم النور.  
*Albedinem que cingit pedes Tauri.* Horum

genus ferum Poëta nomine   
*עין* Magnis oculis præditorum designarat in  
 versiculo prior. Iis adjecerat *ارام* plur. fr.  
 pro *ارام* a *س* *م*, quod est  
*אם* pro *אם*, pro quo & *ים*, cum plur.  
*מים*; exaratur. Idem Schol. vocem illam

declarat *البهاض من الظباء*  
*Albicanes Dorcades*; sed magna me tenet sus-

picio *م* *م* latius patuisse, & *Candi-*  
*cantes Bubalos* quoque sub ejus ditione conti-  
 neri. Ordo versus illuc vocat. Habeo &  
 alia indicia ejusdem usus latioris, quæ hic  
 promi nequeunt. Concludo tandem, nihil  
 verisimilius, quam *אם* denotare *Bubalos*

*præ pinguitudine nitentes*; a *אם*  
*coaluit, & conglutinata fuit res.* Succurrunt  
 hac occasione *אמות* Cap. 28: 18. de *Curaliis*  
 explicita: quibus a *Conglutinatione* fortè nomen  
 inditum. De *Erymo* tamen nondum li-  
 quet: nam & a *אם* ob *altitudinem cornuum*  
 satis commoda derivatio. Amplius.

*Ibid.* Vel hæc pericopa adeo insignita pro  
*Bovefero*, ut *Animal* aliud in conjecturam venis-  
 se cuiquam, mirari sit *Transitus* certe ab *Af-*  
*no Sylvestri*, *clitellas respuente*, ad *Bovem fe-*  
*rum* item *jugi hand patientem*, quantumvis ei  
 unice videatur aptus, nec *Rhinoceros* ad-  
 mittit, nec *Orygem* adeo, quos *labori rustico*.  
 nemo admoveere vellet, puto, etiamsi eos e-  
 domare valeret. *Diversior etiam forma. &*  
*indoles*, utriusque, quam ut *luculenta hæc*  
*amplificatio iisdem accommodari queat.* *Bos*  
*sit oportet, sed efferus, & indomitus, qui bo-*  
*vina ministeria subire velle negatur.* *Quæ de*  
*Pinod.* ad convenientiam *Bovis, & Rhinocero-*  
*is*, adstruendam, habet, semet destruuunt; quum  
 ad *Antibesin* mox recurrat. De *Oryge* adhuc  
 impeditior res est; nec debuisset *in* tan-  
 tam difficultatem tam levi brachio expedire.  
 Bb bb bb b 2 Pul-

13 Num ligabis Alticornem  
in sulco, fune suo? num offringet  
valles post te?

13 חתקשררים בתלם עבתו אמר

ישדר עמקים אחרך :

14 Num התנטח 14

Pulcherrima phrasis, Num approbabit servire  
tui? vel, servitutem tuam? in verbo עבר  
speciatim culturam terra nunc respicit, recte  
notavit de Pined. adducto & hocce Cic. de  
Nat. 2. Quid de bobus loquar, quorum cervices  
nata ad jugum: tum vires humerorum, & la-  
situdines, ad aratra extrahenda? Posterius Col-  
lon, Num pernoctabis ad praesepe tuum? scrup-  
ulis quibusdam premi, olim monui. Cl.  
Guss. ארמם - Aream potius significare, verisimi-  
le fecit; coactius tamen exit, quod sub לך ad-  
fert, An murmurabis contra aream tuam? in  
ipsa scil. servitutem pati adactus. Tentabam,  
Num facilem, obsequentem, se praebebit super  
area tua? Apud Arabes opposita sunt خشن  
Asper fuit, quod de refractario indomitoque; &  
לך מלך mollis fuit, quod de domito, jugique  
patientissimo, celebratur. Harivius Conf. 4.

من حكم بان البين وتخشى  
Quis sententiam tulit ut ego mollis sim; & ob-  
sequens; tu asper, & refractarius? Pernocan-  
di originem hinc pendere, aliquando suspica-  
tus sum. Necdum tamen res ad liquidum  
pauli perducta. Si ארמם esset praesepe; reti-  
nerem potius pernoctationem; nec moverent  
me scrupuli a Cl. Guss: injecti ex conftru-  
ctione cum לך; itemque ex eo, quod jumen-  
tum non serviat ad praesepe; sed in area: nam  
utique servitutem fatetur, quum ad praese-  
pia se religari patitur, & demensum accipit.  
Stare etiam possit. Num pernoctabis super a-  
rea tua? Nempe Orientales demessas fruges  
non domum in horrea convehant, granis non-  
dam excussis, sed in Aream quandam sub die  
comportant; deinde sparsis per Aream manipu-  
lit frugum, Boves & Bubalos immittunt, qui  
dam pedibus subjectas fruges proterunt, grana  
nulla negotio aristas excutiantur. Ita Leuncl.

in Turcic. p. 234. Morem pluribus illustra-  
tum dedit Boch. H. 1: 311. 312. & 301-303.  
Hos Bubalos cave cum nostro ארמם confun-  
das. Est genus medium inter cicures, & syl-  
vestres Boves, quod aratro, & reliquo operi rus-  
tico, etiam admoveatur; docente Gesnere.  
Confirmamur & hinc in sententia exposita;  
nemo enim רעמטון vidit triturantem, quum  
tamen Bovi & Bubalo isti ita fit cognatum a-  
nimal, ut idem esse videatur. Ab Area au-  
tem domituram auspicatur Sacer textus, quod  
vitulos operi rustico hinc fere initiari soleant  
Orientales. Egregius in hanc rem locus Hof.  
10: 11. Ephraim vitula est assuesceta; amat  
triturare. Nempe larga tunc illis sagina, unde  
מרכב עלי מרכב Vituli in area revincti collo ad tri-  
turandum, pro mississimis, & praepinguis,  
in proverbium abivere. Adifis Hieroz. 1:  
302.

Verf. 13. Satis libere Hieron. Numquid  
alligabis Rbimocorota ad arandum loro tuo? aut  
confringet glebas vallium post te? Defendi ut-  
cunque possit ex Arabismo, quo suo valet suo,  
sive 3 Perf. pro 2. usurpatur. Idiotismus est,  
quem ad Cap. 18: 4. supra indicavi. Hic ta-  
men minus quadrat: & rectius Pagnin. Num-  
quid ligabis eum in sulco fune suo? Est Ellipsis:  
ad quam vitandam R. Levi struxit, Num li-  
gabis eum in sulco Loram ejus? Obstat genus.  
Exquisitius quod dedit Cocc. cum aliis, Num-  
vincies eum ad sulcum funis sui? i. e. ut sat-  
cum agat secundum eum funem quo tu eum re-  
gas? Bona phrasis, sulcus lori ejus, pro, qui  
ad loram moderatoris ducitur recta linea, absque  
ut quicquam deliretur; sive a lora deflectatur.  
In eundem sensum se porrigit posterius, Num

ישדר יעצבאל valles post te? A שדרה derivat  
Merc. quasi agrare dicas, i. e. complanare. Co-  
actum. Longius adhuc adducta Cl. Guss.  
conjectura, שר Mammam conferre jubentis,  
quod in arando ita terra disponatur, ut תלמים  
sint tanquam mammae proferentes alimentum:  
Noa